

Basidiomycetes Philippinenses.

(Serie I.)

Auctore J. Bresadola.

Ultimo biennio cl. Dr. G. Lindau, reg. Musei berolinensis (Dahlem) custos, collectiones Hymenomycetum etc. ex insulis Philippinis a cl. cl. A. D. E. Elmer et E. D. Merrill missas, mihi determinandas benevole tradidit. Cum vero numerus speciminum in diem maxime creverit, nondum mihi licuit studium omnium absolovere. Ne tamen res longius protrahatur, primam seriem, sc. species a cl. A. D. Elmer, quas nunc omnes examinavi, edere incipio, ceteras, determinatione partim tantum absoluta, ad proximum tempus relinquens.

Liberalitate cl. cl. E. D. Merrill et Dr. A. W. Murrill fungos nostros cum typis in Murrill: *Some Philippine Polyporaceae* et *Additional Philippine Polyporaceae*, editis comparare licuit. Etiam typos Cumingii, a b. Berkeleyy determinatos, quatenus in Herbario Kewensi extant, benevolentia ill. Directoris, Col. D. Prain, consulere potui, et ad eos determinationes et synonyma conformare.

Praeter paucos agaricinos, male exsiccatos, nimium compressos et a Mucenideis obrutos, licuit ceteros plena cum certitudine determinare. Novas etiam Symbolas invenimus vel saltem tales existimavimus, nam fateor determinationem Hymenomycetum exoticorum perquam difficilem, imo vix possibilem fore archetypis haud inspectis, quorum insuper plura adhuc ignoramus, et plura, praecipue Friesiana et Levelleiana, jam sunt destructa.

Tridenti, junio 1911.

J. Bresadola.

Hymenomycetaceae.

Lepiota Quel.

Lepiota cepaestipes (Sow.) Quel. Champ. Jur. I, p. 73. *Agaricus* Sou. Engl. Fungi, t. 2.

Hab. ad terram, Manila. *Elmer* 12572.

Obs. Spora obovata, saepius 1-guttata, $6-10 = 4\frac{1}{2}-6 \mu$.

Marasmius Fr.

Marasmius pilopus Kalchh. Grev. VIII, p. 153 tab. 143, f. 13!

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 10548.*

Obs. Sporae hyalinae, 7—8 = 4, nec ut habet Kalchbrenner $2\frac{1}{2}$ = $1\frac{1}{2}$ μ . Cum typo comparavimus!

Phlebophora Lev.

Phlebophora rugulosa Lev. in Zoll. Verz. p. 17. cfr. Bres. Fungi Jav. in Ann. Mycologia V, p. 238.

Hab. ad truncos mucidos, Negros. *Elmer 10396.*

Obs. Specimen immaturum hymenio nondum evoluto.

Schizophyllum Fr.

Schizophyllum commune Fr. Syst. Myc. I, p. 333.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10124.*

Lenzites Fr.

Lenzites striata Sw. Fl. Ind. occid. p. 19.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9682.*

Lenzites appanata (Kl.) Fr. Epicr. p. 404. *Daedalea* Kl. Linn. 1833, p. 481!

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 11210.*

Lentinus Fr.

Lentinus velutinus Fr. Linn. 1830, p. 510! *Lentinus brachatus* Lev. in Zoll. Verz. p. 17! Pl. Jav. n. 582!

Hab. ad truncos, Luzon, Lueban. *Elmer 8180.*

Obs. Sporae hyalinae, 5—6 = $2\frac{1}{2}$ —3 μ ; basidia clavata, 18—20 = 5—6; cystidia fusioidea, crasse tunicata, 24—30 = 5—7; hyphae contextus lamellarum et pilei hyalinae, 2—3; pili pilei —6 μ crassi.

Lentinus Elmeri Bres. n. sp.

Pileo carnosolento, tenui, convexo-explanato, umbilicato, alutaceo, squamulis densis, fuscis, ambitu squarrosis, obducto, 5—8 cm diam.; lamellis coriaceis, subconfertis, ex albo luride alutaceis, acie integra, in sicco fuscidula, breviter decurrentibus; stipite solido, brevi, subaequali vel leviter basi incrassato, subconcolori, squamulis punctiformibus, fuscis, subevanidis, 1 cm-longo, $\frac{1}{2}$ cm circiter crasso; sporis genuinis non inventis; basidiis clavatis, 18—20 = 4—5; hyphis contextus lamellarum irregularibus, 2—5, vix alique inflata —6 μ .

Hab. ad truncos, Sibuyan, Capiz, Mt. Giting-Giting. *Elmer 12124.*

Obs. *Lentino tigrino* videtur proximus, at lamellis minus confertis, acie integra, stipite obeso etc. bene distinctus.

Sporas genuinas frustra quaesivi, nam Agaricini, generatim male exsiccati, semper a conidiis Mucedinearum copiose sunt obducti

et sporae, nisi in basidiis visae, semper sunt suspectae. Sporae Lentinorum, generatim cylindriceas, in hac specie non invenimus.

Lentinus Tanghiniae Lev. Champ. Mus. p. 119.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Todajo (Mt. Apo). *Elmer 11823.*

Lentinus javanicus Lev. Champ. Mus. p. 118 (1846) Zollinger, Pl. Jav. n. 1081! *Lentinus infundibuliformis* Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 42 (1875). — *Lentinus Decaisneanus* Lev. l. c. p. 120 (forma major).

Hab. ad truncos, Sibuyan, Mt. Giting-Giting. *Elmer 12362.*

Obs. Sporae non inventae; hyphae contextus lamellarum $1\frac{1}{2}$ —4, interdum irregulares.

Lentinus Sajor-Caju Fr. juvenilis.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10181.*

Lentinus dactyliophorus Lev. Champ. exot. p. 174!

Hab. ad truncos, Sibuyan, Mt. Giting-Giting. *Elmer 12326.*

Obs. Sporae hyalinae, oblongae, uno latere depressae, 6—8 = 2—3; basidia 25 = 6; hyphae contextus lamellarum 2—7 μ .

Nomen ineptum, nam non vere annulatus, sed, cute stipitis fracta, annulum simulat.

Cantharellus Adans.

Cantharellus (Plicatura) Merrillii Bres. n. sp.

Pileo membranaceo, reniformi vel subflabellato, margine lobato sulcatoque, glabro, luride crustulino, 6—10 mm lato longoque; lamellis paucis, furcatis, valde distantibus, subconcoloribus, vix venoso-conjunctis, acie obtusa, ad stipitem adnexis; stipite parvo vel obsoleto, subpruinato, concolori, 1— $1\frac{1}{2}$ mm longo, 1 mm crasso, basi interdum nigro; sporis hyalinis, obovatis, 7—9 = 5—6 μ ; basidiis 40—45 = 7—9 μ .

Hab. ad ramulos, Negros, Canlaon Volcano, 2000 m. E. D. *Merrill 6901.*

Obs. Forma et colore *Trogiae crispae* Fr. simillimus, a qua forma lamellarum et sporis praecipue diversus. Etiam *Cantharello fuscipedi* Bres. affinis, sed notis datis bene distinctus.

f. 23

Xerotus Fr.

Xerotus rawakensis Pers. in Freyc. Voy. p. 167.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Mt. Apo. *Elmer 10888.*

Obs. Sporae luteae, ventricosae, 7—9 = 4—5 μ ; lamellae hyalinae, ramosae, humectatae valde obtusae, siccae acie acuta, decurrentes; stipes demum cavus.

Specimen *Xeroti rawakensis* Pers. Musei parisiensis est *Panus* species, nec cum diagnosi data ullo modo convenit, et certe errore fuit substitutum; nostrum e contra bene cum diagnosi concordat.

Volvaria Quél.

Volvaria esculenta Bres. n. sp.

Pileo carnoso, e campanulato expanso-umbonato, sicco (?), pallide castaneo, 5—12 cm lato; lamellis liberis, carnis; stipite tereti, concolori, solido, 5—12 cm longo, 5—10 mm crasso; volva libera, bulbosa, apice lobata, vaginante; sporis carnis, obovatis, 7—9 = 5—6 μ ; basidiis clavatis, 30—32 = 9—10 μ . Esculenta.

Hab. ad caules dejectos, mucidos, A b a c a e, Negros, Dumaguete. *Elmer 9937*.

Obs. Diagnosis minus completa, nam specimina pauca, male exiccata et adnotationes vix aderant; tamen ex notis apparentibus vix dubie species nova, facile agnoscenda.

Hypholoma Quél.

Hypholoma fasciculare (Huds.) Quél. Champ. Jur. I, p. 144.

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 11812*.

Psathyrella Quél.

Psathyrella disseminata (Pers.) Quél. l. c. p. 153.

Hab. ad pedes truncorum, Negros. *Elmer 10359*.

Coprinus Fr.

Coprinus micaceus (Bull.) Fr. Epicr. p. 247.

Hab. ad truncos et terram, Negros. *Elmer 10249*.

Polyporus Mich.

Polyporus umbilicatus Jungh. Crypt. Java p. 72! Bres. Fungi Jav. in Ann. Myc. VIII, p. 585.

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 10535*.

Polyporus grammocephalus Berk. Hook. Lond. Journ. 1822, p. 148.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10196*; Balabac, Bureau of science, n. 532.

Obs. Sporae non inventae; hyphae contextus hymenii homogeneae, $1\frac{1}{2}$ —4 μ ; pilei quoque, una alterave $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ vel si inflata — 6 μ — Pori 4—5 pro mm.

Polyporus sulphureus (Bull.) Fr. Syst. Myc. I, p. 357.

Hab. ad truncos, Luzon, Lueban. *Elmer 7969, 8073*.

Polyporus miniatus Jungh. Jav. p. 69!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9681, 10096*.

Obs. Species haec valde *Polyporo sulphureo* Bull. proxima, at bene distincta. Vetustate decoloratur et fragilis evadit. Contextus pilei ex hyphis valde irregularibus, ramosis, usque ad $16\ \mu$ crassis, magis igitur quam in *Pol. sulphureo*. Sporae non inventae.

Polyporus bicolor Jungh. l. c. p. 54! Bres. Ann. Myc. VIII, p. 586.

Hab. ad truncos, Sibuyan. *Elmer 12396, 12491*; Luzon, Lueban. *Elmer 8009*.

Polyporus zonalis Berk. Fungi Brit. Mus. p. 375 (1843), nec *Polyporus micromegas* Mont! *Polyporus plumbeus* Lev. Champ. exot. p. 136 (1844)! (forma). *Polyporus Jelinekii* Reichard, Fungi, Hep. et Musci, tab. XXII, f. 2, p. 141!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10248, 10408*; Polillo, Mc. Gregor et Robinson. *Bureau of science n. 6896, 10524, 10546*.

Obs. Sporae hyalinae, globosae, 1 guttulae, $4-5 = 3\frac{1}{2}-4\frac{1}{2}$; basidia clavata, $18-20 = 4-5$; cystidia clavata vel subfusioidea, $50-60 = 9-10$; hyphae contextus hymenii tenues, conglutinatae, 2-4, commixtis conidiophoris, crasse tunicatis, $5-7\ \mu$; contextus pilei 3-8, crassiuscule tunicatae, septatae, apice clavatae.

Ad synonymiam ab auctoribus, adhibitam dicam.: *Polyporus micromegas* Mont. et *Polyporus detonsus* Fr. species sunt prorsus a *Polyporo zonali* diversae. *Polyporus plumbeus* differt pileo densius zonato et structura ex hyphis, praecipue in pileo crassius tunicatis. Ceterae species mihi ignotae. Notandum quod identicam habent structuram etiam *Polyporus concrescens* Mont., *Polyporus rugulosus* Lev. et *Polyporus pusiolus* Ces. qui tamen habitu statim distinguuntur.

Polyporus concrescens Mont. Syll. p. 166!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9472*.

Obs. Structura, sporae etc. prorsus ut in *Polyporo zonali* B., cujus forte tantum forma resupinata, utique valde singularis e conglomeratione plurium individuorum.

Polyporus pusiolus Ces. Myc. Born. p. 5!

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 10616*.

Obs. Sporae et structura uti in *Polyporo zonali* Berk. a quo minor, pileo minus zonato, imo saepe azono, cute magis cartilaginea etc.

Polyporus cinereo-fuscus Curr. Linn. Trans. 1896 p. 121! *Polyporus semilaccatus* Berk. Grev. XV, p. 22!

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 10712*.

Polyporus durus Jungh. Jav. p. 62! *Polyporus cartilagineus* Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 49!

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 10744, 11322.*

Obs. *Polyporus testudo* Berk. quoque, e speciminibus a. Cl. C. G. Lloyd missis et cum typo in Museo Britannico existente comparatis, ad *Polyporus durum* Jungh. ceu synonymon esset ducendus.

Polyporus rubidus Berk. Dec. p. 172!

Hab. ad truncos, Mindoro, Mt. Halcon. *Merrill 6121.*

Obs. Sporae non visae; hyphae contextus hymenii $1\frac{1}{2}$ —4 μ , pilei $1\frac{1}{2}$ — $5\frac{3}{4}$, raro —6, saepe irregulares et flexuosae.

Fomitis carneo Bl. et Nees valde proximus, at stratosum unquam vidi.

Fomes Cooke.

Fomes carneus (Bl. et Nees) Cooke, Grev. XIV, p. 21. *Polyporus* Bl. et Nees, Fung. Jav. p. 14, A. III, f. 1.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9672.*

Obs. Sporae (?) botuliformes, 4 = $1\frac{1}{2}$ μ ; hyphae contextus hymenii homogeneae, $1\frac{1}{2}$ —4, pilei $1\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$, raro 5— $5\frac{1}{2}$, una alterave inflata, 6—7 μ crassa.

Fungus noster optime cum icone citata concordat. Color carneo-roseus, interdum lilacino-roseus, aetate magis incarnatus, demum canescens nec unquam nigrescens, uti *Fomes roseus* Alb. et Schw. *Fomes carneus* autorum Angliae et Americae est = *Fomes Palliseri* Berk., species in Saskatchewan, N. Britanniae Americae borealis, prope lacum Winnipeg, lecta, quae, meo sensu, sistit formam *Fomitis rosei* Alb. et Schw. Fungum hunc nondum ex Java nec ex oriente vidi, nec in collectione copiosa Kewensi exemplar ex oriente proveniens est inveniendum.

Fomes albo-marginatus (Lev.) Cooke, Grev. XIV, p. 19. *Polyporus* Lev. Champ. exot. p. 191! *Polyporus Kermes* Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 49! *Polyporus laeticolor* Berk. l. c. XVI, p. 46. *Fomes pyrrochreas* Cooke, Grev. XIV, p. 11! *Polyporus ochrochroceus* P. Henn. Mons. I, p. 145!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10273.*

Obs. Species haec pulchra, mox recognoscenda, in oriente ubique obvia, frustra ob auctoribus fuit intellecta. Variat etiam resupinata.

Fomes pachydermus Bres. n. sp.

Pileo dimidiato-sessili, pulvinato, lignoso, durissimo, zonato-subsulcato, antice novis incrementis scalaris-sulcato, glabro, subruguloso, nigro, nitente, 7—9 cm lato longoque, cute nigra, 1—2 mm crassa, substantia fulva, lineis nigris, cartilagineo-induratis variegata;

tubulis stratosis, stratis parum conspicuis, subcinnamomeis; poris rotundis, luride umbrinis, 6—7 pro mm; sporis stramineis, $3\frac{1}{2}$ —4 = $2\frac{1}{2}$ —3 μ ; hyphis contextus hymenii conglomeratis, 2— $4\frac{1}{2}$, pilei 3—6 μ ; setulis nullis.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Todaya, Mt. Apo. *Elmer 11653*.

Obs. *Fomitit melanodermati* Pat. affinis, a quo praecipue cute crassiori et deficientia setulorum diversus.

Fomes Korthalsii (Lev.) Cooke Grev. XIV, p. 19. *Polyporus Korthalsii* Lev. Champ. exot. p. 190. Zollinger Pl. Jav. n. 877! *Pyropolyporus subextensus* Murr. Bulletin Torrey Bot. Club XXXV, p. 413.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Todaya (Mt. Apo). *Elmer 10646*.

Obs. Sporae hyalinae vel stramineae, 4— $4\frac{1}{2}$ μ , d. vel $4\frac{1}{2}$ —5 = 4— $4\frac{1}{2}$ μ ; basidia clavata, 13—15 = 4 μ ; hyphae subhymeniales hyalinae tenues subevanidae 1—2 μ ; hyphae contextus tubulorum 2—3 μ ; hyphae contextus pilei 2— $3\frac{1}{2}$, crasse tunicatae, refringentes, luteae. Quoad staturam valde varians, saepe specimina gigantea inveniuntur; ego specimen 35 cm latum et 23 cm longum teneo, sed etiam majora adsunt, iam ex America boreali, Africa, Asia et Polinesia mihi nota. *Polyporo toruloso* Per. proxime affinis, sed bene distinctus.

Fomes Fullageri (Berk.) Cooke l. c. p. 19. *Polyporus* Berk. Chall. III, p. 54.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Mt. Apo. *Elmer 10528*.

Obs. Sporae stramineae, 4— $4\frac{1}{2}$ = 3— $3\frac{1}{2}$; setulae fulvae, basi ventricosae, 15—26 = 5—7; hyphae contextus hymenii fulvae, crasse tunicatae, 2—4; pilei $1\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ μ ; pori 8—10 pro mm.

Typus *Fomitit Fullageri* amplius invenitur, sed specimen nostrum optime cum diagnosi Berkeleyi convenit ita ut vix de determinatione nostra dabitamus.

Ganoderma Karsten.

Ganoderma amboinense (Lam.) Pat. Bull. Soc. Myc. fr. V, p. 70. *Agaricus* Lam. Enc. I, p. 49.

Hab. ad truncos *Cocos nuciferae*, Palmas. *Elmer D. Merrill 5370*.

Obs. Variat stipite plus minus longo vel etiam obsoleto; sporae lateae, laeves vel vix punctatae, 9—12 = $4\frac{1}{2}$ —6 μ interdum uno latere depressae, luteae; hyphae contextus hym. fulvae $1\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{4}$ rarissime $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ μ ; contextus pilei $1\frac{1}{2}$ —6, generatim 2—5, minores hyalinae, majores luteae.

Ganoderma Cochlear (Blume et Nees) Bres. *Polyporus* Blume et Nees Nova acta Acad. Caes. Scop. III, p. 20 tab. VI.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Todayo (Mt. Apo). *Elmer 11471*.

Obs. Variat stipite plus minus longo vel obsolete, pileo nigro-laccato vel subopaco; sporae luteo-fuscae, laeves, 12—15 = 7—9 μ ; hyphae contextus hymenii $1\frac{1}{2}$ —3, raro $—4\frac{1}{2}$; contextus pilei 2—6 μ luteae, commixtis hyalinis $1\frac{1}{2}$ —2 μ .

Structura specierum *Ganodermatidis* sensu stricto, parum diversa, rarissime notas offert differentiales.

Ganoderma subornatum Murrill, Bull. Torrey. Bot. Club, XXXIV (1907) p. 477!

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 10756*.

Obs. Sporae laeves, 9—11 = 6 μ ; hyphae hymenii $1\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$, una alterave $—5$ μ ; hyphae pilei $1\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ raro $—5\frac{3}{4}$, minores hyalinae, majores fulvellaee.

Ganoderma australe (Fr.) Pat. in Bull. Soc. Myc. V, p. 71.

Polyporus Fr. El. I, p. 108.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9756*.

Ganoderma applanatum (Fr.) Bres. Champ. Hongr. p. 4, 1890.

Polyporus applanatus Fr. Epicr. p. 465. *Polyporus nigrolaccatus* Cooke, Grev. IX, p. 97 pr. p.!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10017*.

Obs. Sporae laeves, fulvellaee, obovato-truncatae, 8—10 = 5—6 μ ; contextus hymenii ex hyphis $1\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ μ , pilei $1\frac{1}{2}$ —7, fulvis. Pileus juvenilis conidiophorus; conidia, forma et dimensione sporarum, massam pulveraceam, ochraceam, in superficie pilei efformant. A typo europeo nulla nota diversum, a *Ganodermate australi* colore laetiori, contextu cinnamomeo, hyphis et sporis aliquantum majoribus bene distinctum.

Polypori nigri-laccati Cooke duo extant in Herbario Kew specimina typica ex Insula Mauritius, unum huc ducendum, alter ad *Ganoderma galegense* (Mont.) pertinet.

Polystictus Fr.

Polystictus Cumingii Berk. Hook. Journ. 1842, p. 147!

Hab. ad terram, Negros. *Elmer 9681*.

Obs. Sporae globosae, 3—4 μ vel 3—4 = $2\frac{1}{2}$ —3 μ flavidulae; hyphae tam hymenii quam pilei $2\frac{1}{2}$ —7 μ . Pileus semper inventus lateralis, spathulatus, forma cum *Polystictio luteo-nitido* identica. Cum typo comparatus!

Polystictus discipes Berk. Dec. of Fungi n. 170!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9534*.

Obs. Specimen juvenile, adhuc sterile! E grege *Polysticti Cumingii* et *Polysticti luteo-nitidi*, etiamsi e stipite, basi scutato-dilatata, ad discipedes adscriptus sit. Cum achethypo comparatus!

Polystictus affinis (Bl. et Nees) Fr. Nov. Symb. p. 75. *Polyporus* Bl. et Nees Fungi Jav. p. 18, t. IV, f. 1.

Hab. ad ramos et truncos, Negros. *Elmer 9495, 10216*; Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 10517, 10615*.

Formae ad *Polystictum luteum* transeuntes: Negros. *Elmer 9578, 9590, 10159*.

Polystictus flabelliformis Kl. in Linn. 1833, p. 483 sensu Autorum pl.

Hab. ad truncos, Luzon, Benguef. *Elmer 5046*, Lueban. *Elmer 7734*; Negros. *Elmer 10018*.

Obs. Fungus noster concordat cum *Polystictio flabelliformi* prouti ob auctoribus generatim intelligitur, sed teste Romell: Hymenomyces Austro-Americani p. 31, genuinus *Polystictus flabelliformis* Kl. non differt a *Polystictio modesto* Kunze, species a nostro prorsus diversa. Ego specimen Herbarii Upsaliensis non vidi.

Polystictus microloma Lev. Champ. exot. p. 183!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10401*; Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 11473*.

Polystictus atypus Lev. Champ. exot. p. 184.

Hab. ad truncos, Sibuyan, Mt. Giting-Giting. *Elmer 12198*.

Obs. Sporae non visae; hyphae contextus hymenii $2-3\frac{1}{2}$ μ , pilei $2-5\frac{1}{2}$ vix 6 μ , interdum irregulares; pori 3—4 pro mm.

Polystictus rubritinctus Merrill, Bull. Torrey Bot. Club, XXXV, 1908, p. 396 sub *Coriolus*.

Hab. ad truncos, Mindoro, Mt. Halcon. *Merrill 6117*.

Polystictus confundens Ces. Myc. Born. p. 6!

Hab. ad truncos, Sibuyan, Mt. Giting-Giting. *Elmer 12220*.

Obs. Sporae non visae; hyphae contextus hymenii $1\frac{1}{2}-3$; pilei $1\frac{1}{2}-4$, vix $4\frac{1}{2}$, sat regulares. *Polystictio modesto* Kunze perquam proximus.

Polystictus elongatus (Berk). Fr. Nov. Symb. p. 78. *Polyporus* Berk. in Lond. Journ. 1842, p. 149! Cuming, Philipp. no. 2023!

Hab. ad truncos, Luzon. C. B. Robinson, *Bureau of science 9671*; Sibuyan. *Elmer 12258*; Negros. *Elmer 10388, 10016*; Mindanao, Mt. Apo, *Elmer 10610*.

Polystictus stereoides Berk. Herb. no. 2448 non Fr. Cooke Praecur. n. 618.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9931*. Pileus flabellatus, 10—15 mm longus, 10—12 mm latus; stipes 5—15 mm longus, 1—2 mm crassus; pori minutissimi, lente tantum conspiciendi.

Polystictus meleagris (Berk.) Cooke, Grev. XIV, p. 79. *Polyporus* Berk. Chall. n. 157!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer* 9755, 9849; Luzon, Lueban. *Elmer* 7987.

Polystictus obstinatus Cooke, Grev. XIV, p. 83. *Trametes* Grev. XII, p. 17.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer* 9560.

Obs. Est forma *Polysticti Meyenii* Kl.

Polystictus occidentalis (Kl.) Fr. Nov. Symb. p. 90. *Polyporus* Kl.

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer* 11079.

Polystictus umbrinus Bres. n. sp.

Pileo suberoso-coriaceo, latissimo, postice valde effuso, margine reflexo, 10—15 cm lato, 5—10 mm reflexo, $1\frac{1}{2}$ —2 mm crasso, e pubescente glabrato, ruguloso, umbrino, canescente; substantia umbrino-tabacina; tubulis concoloribus, 2 mmi longis; poris angulatis, 6 pro mm, ex albo-pruinatis concoloribus; sporis hyalinis, subglobois, 3— $3\frac{1}{2}$ = $2\frac{1}{2}$ —3; basidiis 12—15 = 3—4; hyphis contextus hymenii luteis, 2— $3\frac{1}{2}$; hyphis contextus pilei 2—4, una alterave $4\frac{1}{2}$, luteis, crasse tunicatis.

Hab. ad truncos, Sibuyan, Mt. Giting-Giting. *Elmer* 12238.

Obs. *Trameti cognatae* Berk. affinis, quae quoque potius *Polysticti* species est.

Polystictus substygius Berk. et Br. in Cooke Proec. n. 522! f. minor.

Hab. ad truncos, Luzon. Lueban. *Elmer* 8320, Negros, Mts. Cuernos. *Elmer* 9446.

Obs. A typo differt statura circa dimidia, pileo magis nitente et poris aliquantulum minoribus, sc. 11—12 pro mm.

Sporae stramineae 4— $4\frac{1}{2}$ = $3\frac{1}{2}$; basidia 9—12 = 4; setulae fulvae, 15—24 = 5—6; hyphae contextus hymenii 2—4; pilei 2— $4\frac{1}{2}$ μ

Pileus densissime zonato-sulcato, tomentosulo, fulvo-badio, coriaceo, duro, contracto, 1—4 cm lato, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ cm longo, 1— $1\frac{1}{2}$ mm crasso; tubuli et pori fusciduli.

Polystictus microcycelus Lev. Champ. exot. p. 188!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer* 10019; Mindanao, Davao, Mt. Apo, *Elmer* 10604.

Obs. Sporae non inventae; setulae fulvae, cuspidato-ventricosae, 18—27 = 5—6; hyphae contextus hymenii 2— $3\frac{1}{2}$, pilei 2—4; pori 8—10 pro mm.

A *Polysticto spadiceo* Jungh. cuius forte tantum varietas, differt pileo tenuiori, magis dilatato, colore minus fusco, poris aliquantulum

minoribus et indumento pilei primitus hirtello, quo ad *Microporellum barbatum* Murrill magis accedit.

Poria Pers.

Poria straminea Bres. n. sp.

Late effusa; subiculo membranaceo, satis visibili, stramineo; tubulis concoloribus, $1\frac{1}{2}$ —2 mm longis; poris minimis, 10 pro mm, rotundis, flacidis, fulvescentibus; sporis hyalinis, subglobosis 3 = 2—3, basidiis 12—15 = 4; hyphis contextus tubulorum 2—3 μ crasse tunicatis.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10162*.

Obs. *Poriae medulla-panis* var. *pulchellae* Schw. valde proximus, at sporis et poris minoribus et hyphis aliquantulum majoribus bene distincta.

Poria borbonica Pat. Journ. Bot. 1890, p. 198.

Hab. ad truncos, Mindanao, Todaya, Mt. Apo. *Elmer 11429*.

Poria tricolor Bres. n. sp.

Latissime effusa, subiculo manifestissimo, subinde —2 mm crasso, luride *sulphurino*; tubulis *umbrinis*, 2—3 mm longis; poris parvis, 8 pro mm, *fuscis*, dissepimentibus obtusis; sporis flavo-luteis, 3—4 = 3 μ ; basidiis 12—15 = 3—4, mox collapsis; setulis fulvis, 20—75 = 5—12; hyphis contextus tubulorum 2—3 tenuiter tunicatis.

Hab. ad truncos, Negros, Bongem river. *Elmer 9465*.

Obs. Specimina visa omnia resupinata, nec ullum pilei indicium; tamen, propter subiculum crassum, suspicor quod tantum forma resupinata alicuius *Polypori* pileati sit.

Poria Carteri Berk. Grev. XV, p. 25.

Hab. ad truncos, Luzon, Lueban. *Elmer 8205*.

Obs. Sporae luteolae, 3— $3\frac{1}{2}$ = 2— $2\frac{1}{2}$; hyphae contextus pororum luteae, 2—3 μ , pori 8—10 pro mm.

Trametes Fr.

Trametes corrugata (Pers.) Bres. *Polyporus corrugatus* Pers. Frey. Voy. Bot. p. 172 (1826)! *Daedalea sanguinea* Kl. Linn. VIII, p. 481 (1833)! *Polyporus indecorus* Jungh. Jav. p. 51 (1838)! *Polyporus tegularis* Lev. Champ. Mus. p. 131 (1846)! Zollinger, Pl. Jav. no. 2054! *Polystictus Persoonii* Fr. ex Cooke, Grev. XIV, p. 85. *Trametes nitida* Pat. Journ. Bot. IV, p. 17 ex Roumeguère, Fung. select. exsicc. no. 5603!

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet. *Elmer 6193*; Negros. *Elmer 9476, 9557, 10161*.

Obs. Sporae nunquam visae; contextus hymenii ex hyphis $1\frac{1}{2}$ —3, rarissime —4 μ , pilei $1\frac{1}{2}$ —5.

Insuper, meo sensu, *Hexagonia cruenta* Mont. Cent. V, p. 208, *Hexagonia picta* Berk. Chall. no. 250 et *Favolus subrigidus* Murr. Bull. Torrey Bot. Club, XXXV, p. 398, tantum formae poris subhexagonalibus hujus speciei sunt.

Trametes scopulosa (Berk.) Bres. *Polyporus scopulosus* Berk. Hook. Journ. p. 143! *Trametes Rhizophorae* Reich. Fungi, Hep. et Musci p. 139! *Whitfordia Warburgiana* Murrill. Bull. Torrey Club, XXXV, p. 407!

Hab. ad truncos, Mindoro, Bongabong River. *N. Whitford 1436*.

Obs. Species haec in oriente perquam diffusa; ego in omnibus collectionibus missis inveni. Specimen typum potius vetustum, expallidum, sed tamen bene distinguendum. *Fomes Warburgianus* P. Henn. huc ductus, mihi nondum satis cognitus.

Trametes versatilis Berk. Hook. Journ. I, p. 150. *Polystictus cilicioides* Fr. Nov. Symb. Myc. p. 87! *Polystictus Drummondii* Speg. Fungi Guar. I, p. 211! non Klotz. *Polystictus Spegazzinii* Bres. in Sacc. Syll. XI, p. 92.

Hab. ad ligna, Sibuyan. *Elmer 12388*.

Obs. Sporae non inventae; basidia clavata, $12 = 4 \mu$; cystidia tenuia, subfusioidea, $15-18 = 4\frac{1}{2}-5 \mu$; hyphae contextus hymenii $2-3 \mu$; pilei $2-4\frac{1}{2} \mu$.

Trametes badia Berk. f. **macropora**.

Hab. ad ligna, Mindanao, Todaya, Mt. Apo. *Elmer 11172*.

Obs. Species haec variat quoad dimensionem pilei qui modo tenuior, modo crassior est, sed praecipue quoad poros, qui in specimenibus observatis ab $\frac{1}{3}-1$ mm diam. In typo Berkeleyano sunt $2\frac{1}{2}$ pro mm. Sporae non inventae. Hyphae contextus hymenii luteolae, $1\frac{1}{2}-4$, raro -5μ , pilei $1\frac{1}{2}-7 \mu$, laxe septatae, saepe irregulares, tenues vel crassiuscule tunicatae.

Species haec mihi tantum ex Philippinis obvia. Specimen ex Borneo in Herbario Kew est = *Polystictus asper* Jungh. species valde proxima, sed satis distincta.

Trametes heteropora (Mont.) Bres. *Polyporus* Mont. Cent. II, n. 95!

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9416*.

Obs. Species haec non *Fomes*, sed *Trametes* e grege *Trametes badiae* Berk.

Laschia Fr.

Laschia caespitosa Berk. var. **manipularis** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 229.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 10163*.

Obs. Sporae subgloboasae, 1 guttulatae, hyalinae, $6-7 = 5-6 \mu$.

Favolus Fr.

Favolus spathulatus (Jungh.) Bres. *Laschia spathulata* Jungh. Jav. p. 75! *Favolus multiplex* Lev. Champ. exot. p. 203! *Hymenogramme spathulata* Sacc. et Cub. Syll. V, p. 653.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer* 9524, 10097; Mindanao, Mt. Apo. *Elmer* 11573.

Obs. Species haec genuinus est *Favolus* alveolis oblongis, $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{3}{4}$ mm longis, $\frac{1}{2}$ —1 mm latis, acie demum fimbriata. Sporae hyalinae, cylindratae, 6—7 = 3— $3\frac{1}{2}$ μ , basidia clavata, 21—25 = 5 μ ; hyphae hymeniales $1\frac{1}{2}$ —5, pilei 2—6 μ crassae.

Diagnosis cl. Junghuhnii ad specimina, cujus hymenium ab insectis corrosum exarata. Lamellae fere ex integro destructae, remanente tantum configuratione pororum; adsunt tamen loca ubi pori adhuc integri remanent. Huic proximus *Favolus moluccensis* Mont., qui forte tantum ejus forma major, poris subrotundatis.

Hexagonia Fr.

Hexagonia bivalvis (Pers.) Bres. *Polyporus* Pers. in Freyc. Voy. Bot. p. 188 (1826).

Hab. ad ramos, Sibuyan, Mt. Giting-Giting. *Elmer* 12542, Luzon, Lueban. *Elmer* 8071.

Gloeoporus Mont.

Gloeoporus conchoides Mont. Cuba, p. 385, t. 15, f. 1. *Thelephora dolosa* Lev. Champ. exot. p. 209!

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer* 10747.

Obs. Sporae cylindrato-curvulae, 5—6 = $1\frac{1}{2}$ —2 μ ; basidia 12—15 = 4— $4\frac{1}{2}$ μ ; contextus subhymenialis gelatinosus ex hyphis parum distinctis.

Elmeria Bres. n. gen.

Fungi ex integro membranaceo-coriacei, pileati, hymenio lamellato, poroso-lamellato, vel daedaloideo, dense setuloso, setulis pluricellularibus, ex hyphis conglutinatis. *Mycoboniae* analogum; prope *Daedaleam* in systemate locandum.

Cl. A. D. E. Elmer, de fungis philippinensibus optime merito, jure dicatum genus.

Obs. Genus hoc a genere *Tilotus* Kalchbr. prorsus, diversum. In genere *Tilotus* villositas lamellarum e setulis simplicibus, unicellularibus, cystidioideis, apice granulosis, efformata, et meo sensu, vix setulae genuinae, sed basidia sterilia prouti observantur in *Stereis* plurimis uti *Stereum concolor* Berk., *Stereum princeps* Jungh., *Stereum spectabile* Kl. etc.

Elmeria cladophora (Berk.) Bres. *Hexagonia cladophora* Berk. Chall. n. 221!

Scalari imbricata, postice decurrens; pileis membranaceo-coriaceis, subcartilagineis, e rugoso-scabris, glabrescentibus, tenuibus, 1 mm crassis; hymenio postice poroso, antice lamellato vel lamellato-poroso, margine lamellis furcatis vel poroso-unitis, dense setuloso, setulis hyalinis, pluricellularibus, clavatis vel cuspidatis, apice saepe, fimbriato, 150—200 = 25—45 μ ; hyphis contextus hymenii $1\frac{1}{2}$ —4; contextus pilei quoque, raro una alterave inflata —5 μ ; basidiis clavatis, 22—25 = 5—6; sporis haud inventis.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Mt. Apo. *Elmer* 11176.

Elmeria vespacea (Pers.) Bres. *Hexagona vespacea* Pers. in Freyc. Voy. p. 170 (1826)! *Lenzites aspera* Kl. Linn. p. 480 (1833)! *Daedalea inconcinna* Berk. in Hook. Journ. Bot. 1842, p. 151! *Lenzites platyphylla* Lev. Champ. exot. p. 179 (1844) saltem typus ex Java! *Hexagona Molkenboeri* Lev. l. c. p. 200! *Hexagona macrotrema* Jungh. in Fr. Symb. Myc. p. 101 (1851)! *Hexagona albida* Berk. Chall. n. 219 (1876)! *Hexagonia Cesatii* Berk. in Cesati Myc. Born. p. 8 (1879)! *Daedalea pruinosa* Ces. l. c. p. 7 non Lev. (fide speciminum). *Daedalea intermedia* Berk. Linn. Journ. XVIII, p. 385.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer* 9860 (forma minima).

Obs. Species haec perquam variabilis quoad hymenium. Ex eodem mycelio specimina hymenio subhexagonoideo, cyclomycetoideo, daedaloideo et lenzitoideo vidimus. Diagnoses l. c. datae generatim incompletae, nec speciminibus originalibus a nobis visis consonae, qua de causa novam hic dare non incongruum censimus.

Pileo suberoso-coriaceo, dimidiato-sessili vel suborbiculari, postice disco substipiformi affixo, ex albido lignicolore, ruguloso, velutino-scabro, plus minusve zonato-subsulcato, raro azono, 3—15 cm lato, 2—9 cm longo; substantia alba in vegeto, 1—3 mm crassa; hymenio varie figurato, poroso, daedaloideo, cyclomycetoideo, lenzitoideo; tubulis 2—5 mm altis; lamellis —1 cm; poris oblongis, parietibus sinuosis, in formis hexagonoideis 2—5 = $1\frac{1}{2}$ —2 mm, in formis daedaloides multo majoribus, intus laxe, sed interdum etiam dense setulosis; setis e caespitulis hyphorum, 2—3 μ latis, formatis; contextu tam hymenii quam pilei in omnibus formis ex hyphis $1\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$, raro 5—6 μ , saepe irregularibus, composito; sporis non inventis.

Specimina omnia, quae compulsare potui e pileo visa prorsus similia, ex hymenio vero vix duo indentica, sed vix dubie unam tantum sistunt speciem quam maxime quoad hymenium variabilem prouti et plurimae aliae ex hoc genere adsunt.

Daedalea Pers.**Daedalea gilvidula** Bres. n. sp.

Pileo sessili, convexo-explanato, coriaceo-suberoso, e pubescente glabrato, isabellino-expallente, 3—4 cm lato, 2 cm longo, raro sublinguiformi, usque ad 7 cm; substantia isabellina, 2—3 mm crassa; tubulis 5 mm longis, concoloribus; poris rotundatis, oblongis, sinuosis, labyrinthiformibus, valde variantibus, acie obtusa, intensius coloratis, carneo-gilvis; sporis non inventis; basidiis clavatis $20 = 3-4$; cystidiis fusoideis, tenuibus, vel crasse tunicatis, in tubulis latere albis tantum praesentibus, $25-30 = 4-5$; hyphis contextus hymenii $1\frac{1}{2}-4$, interdum inflatis $4\frac{1}{2}-5\frac{1}{2}$; hyphis contextus pilei crasse tunicatis $1\frac{1}{2}-4\frac{1}{2}$, ubi inflatis 5—6 μ .

Hab. ad truncos, Sibuyan, Mt. Giting-Giting. *Elmer* 12327, 12391.

Obs. *Daedaleae stereoidi* Fr. proxima, a qua tamen optime distincta.

Daedalea imponens Ces. Myc. Born. p. 7! *Funaliaphilippinensis* Murr. Bull. Torrey Club, XXXIV, p. 469! (forma trametoidea).

Hab. ad truncos, Sibuyan, *Elmer* 12493.

Obs. Species haec quoad indumentum pilei et formam pororum variabilissima! Pileus modo ex integro strigoso, strigis ramosis, subfiliformibus, modo ex parte tantum vel parum strigosus tuncque strigis palmatis vel deformibus etc.; hymenium saepe ex poris regularibus, trametoideis, rarius daedaloideis; sporae hyalinae, oblongae, $10-12 = 3\frac{1}{2}-4 \mu$; basidia clavata, $22-24 = 5-6$; cystidia clavata vel fusoidea, $24-30 = 4-70 \mu$; hyphae contextus hymenii $1\frac{1}{2}-3$, pilei 2—4 μ . *Funalia philippinensis* Murr. est forma trametoidea, regularis, hujus speciei.

Cladoderris Pers.

Cladoderris infundibuliformis (Kl.) Fr. Fungi Nat. p. 21.

Hab. ad truncos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer* 10745.

Cladoderris dentritica Pers. in Frey. Voy. tab. I, f. 4.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer* 9667.

Thelephora Ehrb.

Thelephora radicans Berk. Hook. Journ. 1844, p. 190.

Hab. ad terram, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer* 11199.

Obs. Sporas (?) hyal. $7 = 4 \mu$; basidia $25-30 = 5-6 \mu$; hyphae contextus conglutinatae, tenues, irregulares, $1\frac{1}{2}-4 \mu$.

Thelephora nigrescens Bres. n. sp.

Caespitosa, coriaceo-membranacea, e luride grisea nigrescens; pileis spathulatis, foliaceis, saepe profunde fissis, leviter fibrillosis,

marginem crenulato-lobatis, basi in stipitem communem coalitis; stipite compresso, concolore, variae dimensionis; hymenio subruguloso; sporis stramineis, tuberculatis, subangulatis, $6-8 = 6-6\frac{1}{2} \mu$; basidiis clavatis, $28-30 = 5-6 \mu$; hyphis contextus $3-7 \mu$ tenuibus, septatis, saepe ad septa nodosis. Totus fungus $7-8$ cm altus, $5-6$ cm latus.

Hab. ad truncos, uti videtur, Mindanao, Davao, Todaya, Mt. Apo. *Elmer 10608*.

Obs. Forma ad *Thelephoram acanthaceam* Lev. accedit, sed mollior et structura diversa.

Stereum Pers.

Stereum Junghuhnii Fr. Nov. Symb. Myc. p. 109.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9615*.

Stereum involutum Kl. Linn. VII, p. 499 (1832)!

Hab. ad truncos, Negros. *Forestry Bureau no. 13738*.

Obs. Sporae non inventae; basidia $40-45 = 5-6$; organa ductoria apice attenuata, subdentata, haud emergentia, $6-7 \mu$ crassa; hyphae contextus $4-6$; stratus hymenialis 40μ , hyphae basidiophorae tenues $3-4 \mu$.

Stereum Friesii Lev. in Zoll. Verz. p. 17. *Stereum amoenum* Kalchbr. et Mc. On. in Grev. X, p. 58! *Stereum Kalchbrenneri* Sacc. Syll. VI, p. 568.

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9615*; Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 11534*.

Obs. Sporae non inventae; basidia $4-5 \mu$ lata; organa ductoria apice clavata, vix emergentia, $5-7 \mu$; hyphae contextus $2-8 \mu$.

Stereum Ostrea (Bl. et Nees) Fr. Epicr. p. 547. *Thelephora* Bl. et Nees, Fung. Jav. p. 13, t. II, f. 1 (1826). *Thelephora lobata* Kunze in Weig. exsicc. (1827). *Thelephora concolor* Jungh. Jav. p. 38. *Thelephora perlata* Berk. Hook. Journ. 1848, p. 153.

Forma **concolor** (= *Thelephora concolor* Jungh. = *Thelephora perlata* Berk.).

Hab. ad truncos, Negros. *Elmer 9447, 9683*; Mindanao, Todaya, Mt. Apo. *Elmer 10556, 10611*.

Obs. Sporae hyalinae, oblongae, $5-6 = 2\frac{1}{2}-3 \mu$; basidia clavata, $25-30 = 4-5 \mu$; organa ductoria, crassiuscule tunicata, apice clavata, $5-6 \mu$ crassa, vix emergentia; hyphae contextus hymenii et pilei $3-6 \mu$; pili crasse tunicati, $4-6$ raro uque 9μ .

Species haec, in tropicis ubique frequens, vix variationes constantes, specificè distinguendas, efformat; possunt tamen tres formas distingui, sc.

- a) f. **Ostrea** (= *Thelephora Ostrea* Bl. et Nees) mediae magnitudinis, pileo magis tomentososo;
- b) f. **concolor** (= *Thelephora concolor* Jungh. = *Thelephora perlata* Berk.). Major; saepe gigantea, pileo velutino, aetate glabrato;
- c) f. **lobata** (= *Thelephora lobata* Kunze) minor vel mediae magnitudinis, pileo tomentosulo, praecipue in occidente obvia.

Notae microscopicae vix diversae, nec habitu in speciminibus junioribus distinguendae.

Stereum princeps (Jungh.) Sacc. Syll. VI, p. 570. *Thelephora* Jungh. Jav. p. 38! *Stereum scytale* Berk. Hook. Journ. 1859, p. 170! *Stereum contrarium* Berk. Chall. n. 268!

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, Mt. Apo. *Elmer 11006*.

Obs. Sporae haud visae; basidia sterilia, 3—5 μ lata, apice aculeolata; organa ductoria 4—5 μ ; hyphae contextus 2—4 μ .

Saepe, in Stereis nondum bene evolutis, hymenium ex basidiis sterilibus aculeolatis vidimus uti in *Stereo illudenti*, *Stereo concolori* etc.

Stereum rimosum Berk. Hook. Kew. Journ. 1851, p. 169! *Stereum tjobodense* P. Henn. Mons. I, p. 140! status juvenilis.

Hab. ad truncos, Luzon, Tayabas, Lueban. *Elmer 7607, 8121*; Mindanao, Davao, Mt. Apo. *Elmer 1045, 11472* (forma resupinata).

Obs. Sporae non inventae; stratus hymenialis 150—300 μ longus; basidia 3—4 μ crassa; organa ductoria granuloso farcta, apice clavato, vix emergentia, 5—6 μ crassa, hyphae contextus 2—5 μ ; pili pilei 3—5 μ crassi.

Meo sensu *Stereum rigidum* Lev., cujus typus deest, huc ducendum erit.

Stereum concolor Berk. Fl. Tasm. p. 259!

Hab. ad truncos, Luzon, Tayabas, Lueban. *Elmer 8166*.

Obs. Sporae (?) 5—6 = 2 μ ; basidia 12—14 = 4—5, saepe sterilia, aculeolata; hyphae contextus 2—4 μ .

Stereum duriusculum Berk. et Br. Fung. of Ceyl. p. 599!

Hab. ad truncos, Mindanao, Todaya, Mt. Apo, *Elmer 11326*.

Lloydella Bres.

Lloydella affinis (Lev.) Bres. *Thelephora (Stereum) affinis* Lev. Champ. exot. p. 210! *Stereum affine* Sacc. Syll. VI, p. 559.

Hab. ad ramos, Luzon, Tayabas, Lueban. *Elmer 7665*.

Obs. Sporae (?) hyal. oblongae, 6—7 = 2—2½ μ ; basidia 20—25 = 4—5 μ ; cystidia clavato-subfusioidea, plus minusve crasse tunicata, generatim valde emergentia, 30—50 = 5—8 μ ; hyphae

basidiorum tenues, irregulares, indistinctae, cystidiorum et contextus 2—4 μ .

Specimina huc exhibita generatim pileo centrali, infundibuliformi, rarius flabellato vel reniformi.

Lloydella Beyrichii (Fr.) Bres. *Thelephora* Fr. in Linn. 1830, p. 529. *Stereum submembranaceum* P. Henn. Engl. Jahrb. XXV, 1898, p. 197?

Hab. ad ramos et truncos, Mindanao, Davao, Mt. Apo. *Elmer* 11725.

Obs. Sporae hyalinae, oblongae, 7—9 = 4—4 $\frac{1}{2}$ μ ; basidia clavata, 30—35 = 6—8; cystidia fusioidea, e furfuraceo laevia, 30—45 = 7—9 μ ; hyphae basidiophorae hyalinae, conglutinatae, vix dictinguendae, 2—4; hyphae cystidiophorae luteo-fuscululae, crasse tunicatae, 4—6 μ .

Species haec in zonâ torrida ubique obvia, habitu et coloribus *Stereii fusci* Schrad. sed sporis et forma cystidiorum mox distinguenda.

Hymenochaete Lev.

Hymenochaete attenuata Lev. Champ. Mus. p. 152!

Hab. ad ramulos, Negros, Mts. Cuernos. *Elmer* 9448.

Obs. Pileis fulvis, etiam in typo, cucullatis, scalarimbricatis, 7—8 mm latis; setulis fulvis 45—80 = 8—10 μ ; hyphis contextus hymenii 2—4 μ . Sporae non inventae, basidia immatura, 20—22 = 3—4 μ .

Hymenochaete adusta (Lev.) Bres. *Thelephora* Lev. Champ. Exot. p. 213!

Hab. ad truncos, ramos, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer* 10607.

Obs. Sporae non inventae; setulae fulvo-fuscae, 20—32 = 4—6; hyphae contextus 2—4 vix 5 μ .

Hymenochaete nigricans (Lev.) Pat. Bull. Soc. Myc. fr. XXIII, p. 75. *Thelephora* Lev. Champ. exot. p. 212!

Hab. ad ramos, Negros 1200 m. *Elmer* 9851.

Obs. Sporae (?) hyalinae, oblongae, 6 = 3—3 $\frac{1}{2}$; basidia 20—25 = 4—5; setulae fulvae, 20—32 = 6—8 μ ; hyphae contextus 2—4 $\frac{1}{2}$ μ .

Etiam *Stereum villosum* Lev. est *Hymenochaete* sp., *Hymenochaete villosa* (Lev.) dicenda. Ab *Hymenochaete nigricante* tamen parum diversa et forte conjungenda. Sporas non vidi ideoque interea sejungenda.

Hymenochaete tenuissima Berk. Cuban Fungi n. 418 p. 333.

Hab. ad truncos, Luzon, Mt. Mariveles, *Elmer* 6915, Tayabas, Lueban. *Elmer* 7548; Negros. *Elmer* 9850.

Corticium Pers.

Corticium caeruleum (Sehrad.) Fr. Epicr. p. 562.

Hab. ad ramos, Mindoro, Mt. Halcon. *Merrill 5545*; Luzon, Tayabas, Lueban. *Elmer 7553*; Negros. *Elmer 9663*.

Lachnocladium Lev.

Lachnocladium flagelliforme (Berk.) Cooke, Austr. Fungi, p. 179.

Clavaria Berk.

Hab. ad terram, Mindanao, Mt. Apo. *Elmer 11301*.

Hirneola Fr.

Hirneola ampla (Pers.) Fr. Fungi Natal. p. 26. *Auricularia* Pers. Freyc. Voy. p. 177!

Hab. ad truncos, Luzon, Cagayan, Adulug River. *Bureau of science 10790*.

Obs. Sporae non inventae; pili 140—330 = 6—7 μ .

Hirneola porphyrea (Lev.) Fr. Fungi Natal. p. 27. *Exidia porphyrea* Lev. Champ. exot. p. 218.

Hab. ad truncos, Luzon, Tayabas, Lueban. *Elmer 8030*.

Obs. Sporae hyal. cylindraceo-curvulae, 12—14 = 4 $\frac{1}{2}$ —6 μ , basidia clavata 30—35 = 5—6 μ ; pili a basi bulbillosa sensim attenuato-cuspidati, 50—130 = 8—10 basi, straminei vel apice albi, basi fulvi; hyphae contextus intricatae 1 $\frac{1}{2}$ —3 μ .

Hirneola tenuis Lev. Champ. exot. p. 219 sub *Exidia*, meo sensu quoque huc ducenda; differt modo receptaculo aliquantulum tenuiore et pilis magis coloratis et basi minus bulbillosis, notae admodum variables, nec attendendae.

Gasteromycetaceae.**Cyathus Hall.**

Cyathus sulcatus Kalchbr. in Grev. X, p. 107!

Hab. ad Bambusam, Paray. *Copeland 33*.

Obs. Sporangiole 2 mm diam.; cortex sporangiorum ex hyphis fulvo-fuscis, 3—7 μ crassis; hyphae funiculi hyalinae, 1—2 μ , septatodiosae; sporae 19—24 = 13—16 crasse tunicatae, una alterave 15—18 = 9—10 μ .

A *Cyatho Montagnei* Tul. et *Cyatho plicato* Fr. (= *Cyathus Poeppigii* Tul.), meo sensu, bene distinctus. Cum typo in Herbario berlinensi (Dahlem) existente comparavimus.

Cyathus Elmeri Bres. n. sp.

Peridio campanulato, basi angustato, subsessili, umbrino, tomentoso-squamuloso, 7—10 mm alto, 7—9 mm apice lato, haud sulcato, intus subconcolore, laevi, subnitente; sporangiolis cinereo-

fuscis, opacis, vix pruinatis, $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ mm diam., tunica tenui, 100—150 μ crassa; sporis ellipsoideis, crasse tunicatis, 18—22 = 10—12 μ ; hyphae tunicae fulvo-fuscae, 2—3 μ ; hyphae funiculi hyalinae, 2— $2\frac{3}{4}$ μ .

Hab. ad stipites *Palmarum*, Lotzte, Palo. *Elmer* n. 7229.

Obs. *Cyatho vernicoso* (Bull.) DC. proximus, at bene, notis datis, distinctus.

Cauloglossum Grev.

Cauloglossum (?) *saccatum* Bres. n. sp.

Peridio globoso, 3 cm circiter diam. basi constricta, in stipitem contiguum, sensim versum basin attenuatum, desinente; stipite 5 cm longo, 5 mm circiter crasso, farcto, spongioso-molli, haud celluloso, ex hyphis 1—3 μ crassis conflato, cute papyracea, glabra, tecto; columella conica, fere ad apicem peridii attingente, e productione stipitis efformata; gleba olivacea; sporis oblongis, luteolis, laevibus, 4— $4\frac{1}{2}$ = 3 μ , hyphae capillitii luteae, 2—4 μ crassae.

Hab. ad terram, Mindanao, Todaya, Mt. Apo. *Elmer* 10878 a.

Obs. Specimen visum incompletum, vetustum, nimium compressum; cute peridii evanida, gleba compressa, ideoque cellulis, si adessent, non amplius visibilibus etc.

Forma, colore et substantia videtur prorsus *Lycoperdon*, imo *Lycoperdon saccatum* Wahl. pro quo ante examen habui.

Etiamsi incompletum pariter descripsi quia ex notis datis facile recognitum et si perfectum invenietur facile ad suum locum systematicum duci potest.

Geaster Mich.

Geaster saccatus Fr. Syst. Myc. III, p. 16 (1829) *Geaster capensis* Thüm. Myc. Univ. n. 715! saltem in meo Ex.!

Hab. ad terram, Negros, Gimagaan River. *Copeland* 32.

Obs. Sporae fuscae, echinulatae, 4— $4\frac{1}{4}$ μ ; hyphae capillitii, stramineae, regulares, 3—6 μ ; exoperidio molliusculo ex hyphis homogeneis, simplicibus, 2— $3\frac{1}{2}$ μ crassis.

Cl. Dr. L. Hollos, Die Gasteromycetes Ungarns p. 157, ad *Geasterem saccatum* ducit quoque *G. velutinum* Morg. et *G. Lloydii* Bres. et Pat. *G. Lloyd* vero in The Geastrae p. 35. *G. saccatum* distinctum tenet, sed *G. velutinum* et *G. Lloydii* simul jungit.

Ego nec synonymiam cl. Hollos, nec eam cl. Lloyd admittere possum, nam, meo sensu, *G. saccatus*, *G. velutinus* et *G. Lloydii* tres, bene distinctus species, sistunt, quod clare jam ex notis datis in diagnosi patet; sed cum praecipue ex exoperidio villosulo simul conjunguntur, videbimus an recte.

Geaster saccatus exoperidium habet molliusculum, ex hyphis simplicibus homogeneis, $2-3\frac{1}{2}$ μ crassis; *G. velutinum* exoperidium habet *velutinum*, ex pilis crassiusculis, cuspidatis, -300 μ longis, basi bulbillosis, $6-9$ μ ; *G. Lloydii* exoperidium habet *tomentoso-squamosum*, ex pilis crasse tunicatis, cuspidatis, usque ad 1 mm longis, medio $12-18$, basi bulbillosis, $15-21$ μ crassis. Neque ex hac nota ergo jungi possunt, nam in omnibus bene diversa est.

Geaster tonkinensis Pat. Journ. Bot. 1891, p. 315? *Geaster stipitatus* Solms in Hedw. 1893, p. 50, tab. V?

Hab. ad *Artocarpum incisam*, Luzon, Rizal. *Bureau of science* no. 1865.

Obs. Specimina nimium juvenilia, ideo dubia. Habitus omnino *Geasteris stipitati*, stipite initiali. Sporae imaturae.

Lycoperdon Tourn.

Lycoperdon roseum Zoll. in Flora 1847, p. 301?

Hab. ad ligna mucida et prope terram, Mindanao, Davao, Todayo. *Copeland* 1226.

Obs. Specimina exhibita male exsiccata, nimium compressa, nigrificata, ideo dubia; sed ad aliam speciem vix ducenda.

Peridio sessili, obovato, $6-7$ mm lato altoque; gleba luride olivacea; sporis laevibus, flavidis, $3-3\frac{1}{2}$ vix 4 μ ; capillitio ex hyphis hyalinis, mollibus, $1\frac{1}{2}-6$ μ ; mycelio ex radiculis albis, in ligno mucido repentibus, efformato; basi sterili nulla.

Lycoperdo pusillo Batsch proxime affinis, a quo praecipue, capillitio diverso, distinctum.

Lycoperdon emodense Berk. Hook. Journ. Bot. 185, p. 172?

Hab. ad terram, Manila, Singolon. *Merrill* n. X.

Obs. Basis sterilis nulla; gleba fuscidula; hyphae capillitii hyalinae, $1\frac{1}{2}-7$ μ ; sporae luteolae, laxae asperulae, $3-4 = 3-3\frac{1}{2}$ μ . Specimina vetusta, denudata, dubia.

Scleroderma Pers.

Scleroderma flavo-crocatum Sacc. et De Toni in Sacc. et Pool. Myc. Malac. n. 82, tab. V, f. 8.

Hab. ad terram, Luzon, Bataan, Lamao. *Copeland* 1367.

Obs. Specimina nostra, bene evoluta, sporas habent globosas, tuberculoso-echinulatas, fuscas, $8-9 = 7-8$ μ , et vix dubie ad hanc speciem pertinet, nam ceterae notae prorsus concordant. Hyphae capillitii distinctae, hyalinae, molles, $3-8$ μ crassae.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1912

Band/Volume: [51_1912](#)

Autor(en)/Author(s): Bresadola J.

Artikel/Article: [Basidiomycetes Philippinenses. \(Serie I.\) 306-326](#)